 vendum sexaginta Ducabatinos iuxta formam

dividendos et his non solubis intra tres menses
 in exilium a Regno per quadricennium
 et in casu contraventionis exilij in duplo
 certum tempus, et in expensis causae
 Rex non dec. M. C. LXX. Pref. M. S. D. Com. M.
 Sombauq. Can. interfuerunt Sanderdec fabellon
 Marro, Deical. Horin in Conf. crim. M. S. D.

Joseph Laurentij de la Roche

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from the 17th or 18th century. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page.

A. Dec. 1672

In facis auferimus criminalis porine per alterum et
 P. P. contra Antonium Pasqual Audentem, Aud.
 Mag. Donat Sanchez del Castellar.

Xps.

Quia Joseph Molina not^{us} albes ex Regij Fisci
 procuratoris huj^{us} diei 27 Augusti anni labenti
 1672. accusationem criminalem instituit per huj^{us}
 Antonium Pasqual Audentem Dixerum Minorum
 in p^{ro}vincia Civitatis commorantem, eo quod die 20 Jan
 uarii proxime preteriti ictu delicti necavit
 Theresiam Orango famulam Antonij Pasqual
 Dixerum Maioris eius patris, ut eundem in
 hac defuncta ad contrahendum matrimonium
 cum illa quod ei spondiderat quando spon
 sum in ea comiterat gratibus accusatus
 et p^{ro}pterea condemnari in penas a Curia
 p^{ro}hibitas; et attento quod contra predictum
 Antonium Pasqual Audentem fuit prosequ
 tum per proceum contraccialem et huc
 usq^{ue} non comparuit et sic predicta accusatio
 manet iustificata ad relaxandum de infra
 Decretis et atq^{ue} fuit resolutum in S. B. C. C.

quod prefatus Antonius Casal stud
terram suam declarat coniectis et confes
de delato crimine ac si illud ore proprio
factus fuisset, et condemnat in penam mortis
naturalis ita ut quotienscumque ad forcia
Vegias perveniat loquens in eius collo
micto deat per loca solita Urbis (Veg)
ad locum supradicti ubi in alba suspendat
perca et suffocet quousque anima a corpore
separat et moriat et ad solvendum bi
centum Novabatinos Nature hanc iuxta
forum duicados, et quingentum libras
ratione relationis slopeti ad malos
Vfus iuxta Vegiam pragmaticam divi
tendas, et expensas causas.

Die xxiii dec. m. d. lxxviii Presid. Robt. Coma
Tombau Regis interfuerunt Sanchez de la Bellas
Madroño, Decano, et totum collegio conf. crim. V. d. d.

Joseph Laurentius de Saboya

201

14 Dec. 1672.

S

In factis cause venentium Pa. Lutinae 1672
Et Bap^{am} - Sabre, Aud. Maj. Omas Jan
herbel Jabellar.

Epis.

Quia sup. die 5 octobris proxime lapsi huius
anni 1672. Petrus Vines not. Vexij Fyri procurator
tot criminaliter accusavit Baptistam Sabre
de nece acta felopi patrata in personam Mel-
chioris Spinot militis custodia Aud. Ep. die
29 Aprilis anni labentis, et supplicavit eum
condemnari in penas corporales, et pecunias
vires quas invenisset huius criminis causa
et attento quod contra dictum Baptistam
Sabre fuit prosequutum et conclusum per
procuratorem contronatiorem, et huiusmodi non
comparuit, et sic nevit causa considerabit
venit ut supra declarandum Idcirco fuit
Resolutum in L. V. C. quod declaret convictus
et confessus de delicto criminis dicti Baptista
Sabre ac si ore proprio illud factus fuisset
et condemnent in penam mortis naturalis
ita ut quotiescumq; ad praesentia Vexia per
veniat ducat. per loca bluta vrbis huius

Ordin. Civitatis
Viniam.

ad locum suplicij ubi in alta suspendat
 furca et suffocet donec anima a corpore sepa-
 ret et moriatur, et ad blucendum bicentum
 rotaciones iuxta forum dividendos, et quin-
 gentas libras propter delationem filopati ad
 duos usus iuxta Regiam pragmaticam
 dividendas et expensas causas

Die xiiii Decemb: M D LXXII Presidense
 R. S. L. Cosma Sambau G. - f. ind. p. h.
 rursus sancter de la bellar, Madrid, et
 alii in Regis conf. crim. Vale.

Grego Laurentius de Saboya

64

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from the 17th or 18th century. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side.]

1 Dec. 1672

S

In factis cause vertenti in hac parte
inter Leonardum de fomba et alios, et Nob
Rud. Magr. vna funder de fabelar.

Eps.

Quia Napanteus Porcar not. p. Petri La
comba, Baptista Real, Udeforti Aluarez, Iua
Merri Tellit, Dominici Tilloh, et Martini
can. paderatorum, Anthonatorum, et Sacariorum
longise olei pratis Civitatis super et furnij
proxime efflusi deduxit in domib. horum chian
tulorum per quosdam Alguaziles Regios fuit
apprehensas Diversas mercas et victualia, et
supplicabat. est propter hoc velle institueri exa
cutioem in quantitate viginti quinque libra
vna pro magnos virtute statuti celebrati
per concilium generale Urbis die 9 Julij anni
1660, et vna de vna sibi vltio
in exponit declarari fuit chentulos nullas
incurrit peram per in observantiam velati
statuti, et qd stabilita in eo non erant in
vbi, et aliunde per iudicem ordinarium in
Civilib. Civitatis eis erat concessa facultas
vendendi in domib. suis prefatas mercas, et
victualia, et sic ea habere in domib. impune

201
pote affirmat contrarium contendente Josepho
Molina vob. R. S. procuratore, et Iudice Gualtero
et Thoma Equale Vegijsi Magnifico; et alterum
quod in predicto Statuto fuit stabilitum illi
officiali longie posse in domo sua habere
oleum, ac Mel, ac alias merces que ibi
venduntur in maiori pondere, et mensura que
olei duarum amphorarum, et Melis vnius
denis vulgo arroba sub pena viginti quinque
librarum distribuendarum in tres partes
primam sub Vegijsi Curia, aliam civitati
et alteram acuatori seu apprehendenti ac
cep in maiori pondere, et mensura, et per
scripturas testificatas per scribam capituli
dieb 12, et 14 Junij anni labentis consistat
in domo Eutlerii Tellit adinventis fuisse
oleo pondere Melis, et quinque amphore olei,
vulgo arrobes, in domo Petri Tacomba quinque
Melis, et sex olei, in domo Dominici Tillo
tres olei, et quatuor Melis, et in domo Iohannis
fonti Alvarez tres olei, in domo Martini
duo olei, et in domo Baptiste Real duo
etiam olei, et est in confesso inter partes pre-
dictas Tellit et alios contentas ea officia exercere
in longia de quibz sit mentio in prefato Sta-
tuto et in ~~omnibus~~ domibz Tellit, Tacomba, Tillo

et Alvarez, repererat in Maiori ¹⁰⁶ non
deve, et mentura prescripta in Valabo sta
suto cui eos contrarium fuisse ambigi non
potest, nec refragat contrarium ut allegatur
quia nec probat, nec verificari potuit cum
qualitatibus requiritis ut constet ei derogatum
per contrarium utrum; nec eis optulit astanti
facultas obtenta a iudice ordinario quia nec
de ea constat nec si constaret, evitaret penam
incursum si quidem in eodem statuto cautum
nullum iudicem presentem facultatem clari-
givi Valera cum clausula irritanti quod
si concederet esset nullius in robore: Adhuc
iudex quod in domo Martini Lau, et Baptista in
Real tantum repererat fuerunt duo anfora olei
et nihil aliud contra eos fuit probatum ob
quam statuti bene debeant, et sic venit
be infra declarandum: Iudicio et alii fuit
resolutum in S. B. C. C. qd declararet nullam
tiam factam per dictum Najareteum Por-
car praeiit nominibus in prefata sup. dei et
famae de iure non procedere nec locum
habere repellendam que fore et esse respectu
dictorum Tellit, Talomba, Pillot, et Alvarez in
contra eos ad executionem penarum procedendum
respectu vero can et Real prefata manere

3 Oct 1672.

In facta causa vertenti in hac. R. B. in
Vincentum Marquet, et R. B. p. d. e.
Mag. Donat Sanchez de Castellar.

Apr.

Quia Idacus Abat p. Vincentij Marquet
Agricolae loci de Patraix hunc oblatu die 45
July labentis anni 1672. se opposuit benedictioni
equi reperti prope Cadaver Laurentij Vagney
Barruti intra slopeti vita puniti, et duplicatas
quod oppositio proprietaria admitteret, et conse-
quenter ei restitui prefatum equum mandaret.
et allento quod praedicta oppositio proprietaria
testibz in causa productis sufficientibus iuribus
comprobata. Idcirco fuit resolutum in S. B. C. C.
quod declaret dictam oppositioem proprietaria
viam. manere justificatam, et praedictum
equum restituendum esse praedicto Vincentio
Marquet soluti expensis ministratis in conser-
uatione equi, ventram in expensis causa eodem
modo.

Die terti octob. 1672. Preside R. B. C. C. Bone
Combaud. Interfuerunt Donat Sanchez de Cast
lar, Madrono et omni in Regio Conf. Val.
Joseph Laurentij de Laboyaz

[Faint, illegible handwriting covering the majority of the page]

1672

J

In factu accusationi criminali contra
Petrum Pons clau nomine Gallum,
et Paulinum Planes, P^{re} Mag^{is}
Donato Sanchez de la Cellas.

7 p.

Quia Leonibus Pello not^{is} p^r Petri Fort
clau nomine Galli, et Paulinus Planes
nomine Francisci Torres diemur invidiosis agri
cultoris oppidi de Mislata duob^{us} petitionib^{us}
diei 26 Novembris anni prope lapsi 1670
appellarunt a fentea ad ^{aper} eventem
Vices generalis Investratoris ^{juris} Civitatis
et Regni publicata die 18 eorundem mensis
et anni, qua fuerant condemnati prodicti
Torres, et Fort in pecuniam aurois naturalis
et de exigentiam tanquam Cadavera ut dixerunt
de complicitib^{us}, ad solvendum biscentum moraba
dinos yatisae acis fuerant Burones, et quin
gentas libras pro quib^{us} ~~quingentas libras~~
propter delationem filopetorum ad malos
obus, et ad restitueadum ves furatas in du
plum, et dictis Torres ad solvendum biscentum
et quingenta libras propter aliam delat
tionem ad malos obus in vulnereib^{us} inflitib^{us} Mi

101
Michaeli Penan: lo protextu quod in
nova Regio que tendit a protextu civitate
ad dictum locum de Mislata die 28 Novem-
bris latrocinium commiserant cuiusdam ego
proprij Francisci Pons agricola eiusdem
loci; alterius agris Josephae Pons et de
vidua in villa de Villarreal in mense Decembri
anni predicti; alterius Bernardi Capdenit
aratoris villa de Vilafranca die 20 Februarii
1670, et a neminem procorum Joannis de
villa de Villarreal ultimis diebus eiusdem mensis
et die 9 dicti mensis Februarii in termino
facte villa recuperavit Joannem Barro
natisse Gallum, et dictus Torres die primo
Decembris 1669 iuris Abbatum Pulcrum
erat Michaelen Penan proditorie, et app-
late: et causa appellativaum fuit introdu-
ta in hoc S. A. C. C. duabus duplicacionibus oblati
prefatos Pello et Planes dictis respective
in die 5 Decembris preteriti anni 1669.
Attento Ordyne quod licet Torres, et Pont
crimina valde in accusatione et sententia
attentis probationibus et defensionibus ministris
in presentibus processu non valuerunt con-

109
demerari per diem taxantem (Viel in
parat hinc velat, et sic eius libertas
benefitio appellacionum veniat novitatis
attamen ex meritis obviis) procellis mature
consideratis talia resultant propter quod
debeat se infra delorari: Adversus fuit
revolutum in S.H.C.C. quod dicitur Franciscus
Torres eadem ad interveniendum in Cantibus
vinculis dum vixerit, et in casu contraventionis
in penam mortis naturalis, ita ut quo:
siquis in dicto casu ad ~~partem~~ ^{venigando} ~~veniat~~ ^{venigando} per
veniat laqueo in eius collo injecto deest per
loca solita Urbis (Viel) ad Republicam ibi in
alta suspendat furca, et suffocet donec
naturaliter moriat, eadem etiam ad sol
vendum biscentum et quingenta libras
propter delationem selopetorum ad Analo
Viel in Urbem inflicti dicto Michaeli Re
naviget ^{suxta Regiam praegnantiam} ^{divi deatas} ~~naviget~~ ^{naviget} ~~predictus~~ ^{predictus} ~~Petrus~~ ^{Petrus} ~~Tont~~ ^{Tont} eadem etiam
ad venigandum in Regijs Urivemibz per decem
cum et in casu contraventionis per totum tem
pus vite sue et in exilium perpetuum a Regi
no, et omnes in expensas carcerum: ~~et~~ ~~sen~~

In facta causa veniens in Bay. Superiori Wien
dum Heldaorem, et S. B. C. C. (Bred.
Mag. Anst. Sander del. Castellar.

Sp.

Quia Vincentius Helda civis subdelegatus
iudicis ordinarij Villa de Cavaxent sup. diei
3 Augusti anni proxime lapsi 1671 venustum
emitit ad hoc S. B. C. C. approbatione facta in
curia Bambera ghs. pntis. Civitatis et Regis
in calce petro ~~per~~ ^{per Veri notarios}
Procuratorem, et per Salvatorem Tolens ba
inlum dicta Villa de primo eiusdem mensis
qua intum fuit predicto Helda sub pua
quingentarum librarum et personaliter consti
tuenet coram egregio Baimo generali, et
quod nihil innovaret circa precepta facta
per eum dicto Tolens, cancellando in eadem
provisione mandatum illi factum de stando
sub arrepto in domo predicta Villa cum pua
quingentarum librarum ut latius continet
in litteris expeditis virtute prelibata pro
visionis, et duplicavit venustum adcriti
et eius beneficio renovari profatur pro

011 iurisdictionem in cuius iustificationem allegat
Bailiun generalem nullam iurisdictionem
exercere posse in iudices ordinarios Regni
nec etiam in hos officiales et locatarios
in causis criminalibus nisi in factis pertinen-
tibus ad Regium patrimonium quod verificatum
reperit in ~~particularibus~~ factis contingentiis
cepti facti dicto Talens propter iram in-
tam inter eum et Michaellem Fluvia civem
eiusdem ville; contrarium enim contendit
profratris Praevostum patrimoniali asserente
iuris generali concessam deperiri iurisdictionem
nem in hos officiales, et locatarios prin-
cipue quoad alios iudices ut est cautum in
privilegio 7 domini Regis Ferdinandi 2. et conse-
quenter iudicem ordinarium nec adstringere debet
ipse predictum talens ad pacem et tranquillitatem
suum, nec ei correctum indicere, nec penam aliquam
imponere, nec eum carcere mancipare; et
tunc insuper quod praefatus iudex ordinarius in
praecipuo facto dicto Talens in nichilo fuit
egressus terminos suae ordinariae iurisdictionis
nec iurisdictionis egregij Bailii in aliquo fuit
perturbata ut ~~constat~~ ^{canonice} valuerit contra iudicem
ordinarium, et sic praefatam provisionem

et precepta in ea facta die 11. Albeda ¹¹⁰⁸
nullitatis vitio laborare ob defectum in
viditionis egraj Baiuli ambigunt potest
Attento denique quod per procuratorem
patrimonialem, et salvatorem Talens nihil
releuant fuit deductum ut non declaro
de infra: Utro et alij fuit resolutum
in S. B. C. C. quod declaro predictum reus
sum diei 3 Augusti manere iustificatum ad
interdum pro eo esse, et eius beneficiis (re
vocandam ~~propter non~~ ^{non} ~~ignem~~ ^{em} ~~curat~~
Baiulia diei 3 Augusti, et alia pre
cepta contenta in literis expeditis in eius con
sequentiam: neutram partium in expensas
condemnao.

De ~~ord~~ ^{ord} ~~dom~~ ^{dom} ~~Ab~~ <sup>Ab ~~de~~ ^{de} ~~Ordo~~ ^{Ordo} ~~Pro~~ ^{Pro} ~~se~~ ^{se}
D. ~~de~~ ^{de} ~~forma~~ ^{forma} ~~Sondau~~ ^{Sondau} ~~by~~ ^{by} ~~san~~ ^{san} ~~inter~~ ^{inter} ~~fruen~~ ^{fruen}
Tamber del fabellae, et Madono et Armen
got ~~Ab~~ ^{Ab} ~~aff~~ ^{aff} ~~er~~ ^{er} ~~in~~ ⁱⁿ ~~Ab~~ ^{Ab} ~~de~~ ^{de} ~~Ab~~ ^{Ab}
Joseph laurensius de fabry</sup>

in interuentu
episcopi R. P. A.

Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely from the 18th or 19th century. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page.

Continuation of faint, illegible handwriting in a cursive script. The text is mostly obscured by fading and bleed-through from the reverse side of the page. There is a small, dark mark or signature near the bottom left of this section.

28 sep: 1672

In factis causis auctoritatis criminis positae
R. A. contra Jacobum Duram et alios,
Abul. Doct. D. Jacobo Madrono.

Quia supplicatione postea per Josephum
Molinanos. Regij fisci procuratorem
diebus mensis Julij proxime preteriti
fuerunt denunciati, et firmiter
ausati Jacobus Dura, Barbara Al
guer Pellinarij et Gennarius Bordi
ex eo quod nocte diei decimi men
sis Julij, proditorum et agensato, duo
exploserunt. subopta paros et reprobatos
mensura, adversus Inventionem Isqui
et de etiam Pellinarij ex quorum uno. Ita
sim desunt ut latius induta fugli
catione fontem; et quia ~~contra~~ con
tra ditos Jacobum Dura, Barbaram
Alguer Pellinarij et Gennarium Bordi

111
Leptimus procerus criminalis Con
Masialis fuit Instructus procer
tus et solutus, et non comparuerit
et meriti procer attentis Instruct
sua dicti procerus fiscalis nam
neat Instructa, Id vero et alias
resoluitur in Repe Criminali Crimi
quod dictu Nardus Intra, Bap
ta Meuer, et Semiarus Bor de
dulcerus Conuicti et confusi de
lato firmne, a. s. ore prope Illu
fasi fuissent, et quod condempnent
omnes in penam mortis naturalis
Ita ut quocumque ad manus ius
ias peruenirent, laqueo in lino ab
in Secto ducant per loca obstruere
usque ad suplicium ubi multa sup
dant furia et naturalis moria
et ad obstruendum ducuntur moria

Latinos ratione nisi hystaforum
 dividendo ita ut uno fluenti se
 ri liberem, et dictis Jacobo Duran
 et Baptista Alenox ad solvendum
 uno quisque quingentas libras suo
 tapracomaticam dividenda, ob
 relationem subgetorura ad malos
 ossus et quod omnes vadant in
 et periculo, Consanguinesum omni
 usque ad quatuor gradum et
 in legem causa

Re xxvii m. p. m. Medico Prefe
 Rob. Cosma Somban Refan. in
 referunt Sanchez de Castellar, Me
 Irono, et omnia Regia Criminali
 velle.

Joseph Laurentius de ab...

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

26 Septemb. 1672.

t

113

In facta auctoritate criminis per
Hieronimam Algeram contra Ma-
thæum Coroni, R. D. R. D. S. S. S.
Madrono.

Quasententia lata per Hieronimam
Cypri Generalis Subalternam per
sententiam Avitatis, et Regni Valles
die 22 mensis Aprilis proximæ pre-
teritæ, Mathæum Coroni quicquid
fuit absolutus, ab amariatione, Cri-
minali, Contra Composita per
Hieronimam Algeram die 23 mensis
Martij 1671 ratione strugi, et
asseribaz Comisi, in personam dictæ
Hieronime, aquasententia dictæ
Hieronime Algeram Appellavit, et
Causa appellacionis introducta et
adhanc Legiam Audientiam lita
cata, et quia meritis strugi et
procuratoris attentis et mature con-
sideratis, talia resultant, Contra

inceperunt Jamher de Sabella et
Madone, et ~~Abin~~ in Regio conf.
Crim. Vald.

Joseph Laurentius de Sabella

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter. The text is written in dark ink on aged, yellowed paper. Some words are difficult to decipher due to fading and bleed-through from the reverse side.]

Die 5 Julij 1672.

S

In hac causa vertenti in hac S. R. A. et forma
Cassii et Antonium Bone, Rude Magnifico
Donas Sanchez de Castellar.

Eps.

Quia ~~Matias~~ Albinaa not^{us} p. contra Cap:
sic illulibetis p^{ro}baty Civitatis appellacionem
interposuit petitione diei 15 mensis Junij proxi
me eluxi, a provisione facta per Excentem
Vices Invernatoris Urbis et Regni die 10 eiusdem
mensis, cum qua extitit declaratum de iure
non procedere Instanciam factam per dictum
Albinaa prefato nomine petitione diei 28
Maij labentis anni 1672. in qua requirebat^{ur}
quod dictus Captivus exarceraret^{ur} prestita caut^e
de se representando, et causa appellacionis
fuit introducta in hoc S. R. C. C. sup^{er} oblata per
prohibatum Albinaa velato nomine die 15^o
procuratoris mensis Junij; et attento quod non
constat proxime dictum Captivum crimen aliquod
comisisse propter quod non potest a camerib^{us} li
benari prestita caut^e. Ita fuit requisitum et sic
mensuris obsequy processus attentis debet ut infra
declarari. Quia et alij fuit resolutum in
S. R. C. C. quod declaret dictam appellacionem

manere iustificatum et illius beneficio veni-
reusandum provisionem dei ~~10~~ 10 Junij, et
consequentem male cum ea iudicatum, et
dictum Capiti, ^{aproposita causa} excoarceandum fore et esse, au-
tram partium in expertas condemnato.

Die quinto Julij 1720. Presente M. D. B.
O. Josua Combarban, inquisitor Sanchez
del Sabelar, et Madrina in Regio. Conf. crim.
V. A. de Silant, et in forma Min.

Joseph Laurentius de Saboran

9 Julij 1672.

S

117

In factis causis veniens in hac S. B. C. C. in causa
Mariam Garrido; et Andream Felis, hujus
Magnifico Donato Sanchez del fabellar.

Eps.

Quia in justificationem appellationis
interpositae per Franciscum Thomam no-
tarium procuratorem Annae Mariae
Garrido petitione diei 20 mensis Maij
proxime eluxi, a provisione facta per
locum tenentem Eubeatoris Ultra flumen
Xucaris die 12 eiusdem mensis qua fuerunt
reputatae nullitates deductae per dictum
Thomam prefato nomine petitione diei
2 predicti mensis Maij, adversus duo pra-
cepta illi intimata quibus praecipiebatur ut in
tra triduum, et biduum acutacionem propone-
ret contra dictam Andream Felis agricolam
Civitatis Xariva; quae causa appellationis fuit
introducta in hoc S. B. C. C. hujus oblata per Vin-
centium Carbonell notarium procuratorem dicti
Felis die 28 veluti mensis Maij; non fuerunt
alia deducta et allegata ob quae dicta provisio
diei 12 Maij debeat revocari Imo Reverendissimis

processus abentis dicta provisio est iusta
 et rationi consona Ideo et alij ~~propositi~~
 sunt resolutionem in S.R.C.C. quod de
 re male appellatum a dicta provisio
 diei 12 Maij per dictum Thomam dicti
 domi et bene cum ea provisum per
 iudicem a quo sit restitui debere pariter
 et causam suam habendam in expensis
 demandando.

Die quinq[ue] Junij de anno President
 D.D. D. forma Gomban Lyfan^m in archiepiscopo
 Sanchez del Castellar, et Quadros in Regis
 Conf. crim. Val. ad Silant, et in forma Otin.
 Gregorius Laurentius de Saboya

[Faint, illegible handwriting]

[Large block of faint, illegible handwriting]

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

3 Junij 1672.

t

119

In factis accusationi criminali positae
per R. P. contra Melchiorum Blancum,
Aud. R. S. D. Jacobi Madrono.

Cura supplicatione posita per Barn
tholomeum Blasco et Juranos
Regij sui procuratorem, die sexto
Mensis februarii 1672 fuit de
nunciatus; et criminaliter accusa
tus, Melchior Blancus Aurifex
Lices: quod die decimo octavo Men
sis Octobris proxime preteriti; ali
quibus verbis, inominiosis, et provo
catoriis precedentibus; prolati, a Bag
rta Galves; etiam Aurifex, in
dictum Melchiorum Blancum.
Iste ictu pugionis dictum Bagri
tam Galves vulneravit, ex quo
mox decussis, ut latius in dicto

supplicatione fontines, et quia contra
 dictum Melchiorum Blanch, legitimus pro
^{Contumacialij}
 sessus, fuit instructus, productus, et con
 clusus, et non comparuit; et meritis pro
 sessus atensis romanat habificata inter
 ro dicti procuratoris fiscali; Idcirco et
 alias fuit restitutum in d. G. quod
 dictus Melchior Blanch Purificatus
~~habetur~~ declaratus convictus, et confessus
 de relato firmum; ac si ore proprio illud fu
 rus fuisset; et quod condempnetur in exilium ad
 presentem civitatem, et linc termino, per decem
 et ad solvendum centum morabatinos, ra
 tione mensis; huiusmodi dividendo; et
 si non soluerit intra tres menses, in reman
 gium per quinquennium; et factu contraven
 tione exili; quod vadat, nisi et pericul
 Consanguineorum vicini intra quartum
 Gradum et in expensas factas
 Petrus Junij Melchior Presidense

[Faint, mostly illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or manuscript.]

dictos Philipum Solomina et Josephum forte
 Consideratis, tunc resultans propter quod
 veniat declarandum et infra; Idcirco
 et alia, fuit resolutum in Regno Romano
 Consilio quod dicti Philipus Solomina
 et Josephus forte, ab obtinendo ab aucto-
 ritate Contra eos proposita perditum
 origi sui procuratorum, et neutrumque
 item in expensis Condemnamus

Petrus hinc Adelphi Preside
 D. D. Joana Sombau N. S. in. in. in. in.
 tunc Silas, Sanchez de Sabelar, Ma-
 dron, et non in Regis Conf. crim. V. D.

Joseph Laurentius de Saboya

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwritten text in a cursive script, likely a historical document or letter.]

In hac causa interveniunt barchinenses R. P. P.
et Marum Antonium Belet, et alios, Aud.
Magnifico Donat Lambert de Castellat.

Quia facta apprehensione per unum ex Regijs
Almagirij, in diversorio Villa Musinetery de
quingie equis, et de personis Marci Antonij Belet
Gregoris Croquet Andreæ Ten, Caroli Brun
Joannis Bloma, Caroli Meric, et Nicolai Pro
ter alienigenarum, et dicitur ad presentem Civi
tatem; personas reliquit Almagirius sub arresto
in domibz suis, et equos in diversorio Regio, agro
fuerunt liberati prout caut. de restituendo
equos seu pretium eorum, et personas toties
quoties fuerit eis intum, Regia provisione facta
ad calcem supplicacionis oblate per Antonium
Moron not. procuratorem dictarum personarum
die 20 octobris anni proxime lapsi obsequia
provisio exambitioni fuit mandata, postmodum dictus
Moron prout nomine sup. diei 5 Novembris
eiusdem anni supplicavit declarari suos prin
cipales non invenisse peram aliquam velata

apprehensionis causa, et conuelli debere ob-
 gationem, et fideiussorem supra dictam, et
 quod apprehensio fundari poterat in prohibitione
 facta per Regiam Pragmaticam publicatam
 die 27 Junij anni retro elapsi 1586 de trans-
 portandi equis extra Regnum de quo constare
 non potest aliter: totum contrarium contendente
 Regij Patrimonij procuratore enixe defendente
 et principales prefati illorum in exoracione
 egnorum a p[ro]p[ri]a Civitate fraudem comissam
 in iure vetito vulgo dicitur bedat ob defectum
 manifestationis in portis illius, et quod cognitio
 et declaratio ipsius fraudis pertinet ad Prin-
 cipales generales predictae Civitatis privative
 quoad alios iudices ad quem debebant pariter
 et causa veniri: et attento quod in presenti
 iudicio solum agit de iniusta pena perda-
 ta per dictam Regiam Pragmaticam inducta
 cuius cognitio et declaratio, omnibus iuris dicentibus
 comita fuit, et in illa fuit designata Villa Ma-
 rineris ad manifestationem egnorum et
 sic prelibata apprehensio fuit facta non solum
 penitentia sed in loco designato ubi mani-
 festari equi debebant: Quare fuit resolutum

in S. R. C. C. quod declaretur principales
dicti Moron nullam penam tenere debere
propter prohibitionem contentam in dicta
Regia pragmatia, et consequenter ratione
illius instantiam factam per dictum Mo
ron in delata die 5 Novembris de iure
procedere, iustificatam & manere; respectu
vero presentis fundationis iuris dicti partes
remittendas fore Banco generali, expensas
in expensas condemnando.

Die ~~15~~ ¹⁶ Aprilis 1708. Wilson Presidente, Bb.
D. Josep Bombau Refan. Insuper Sanchez
Elfaklar. et Madrono, et Fortin, absente
Sidart, in Regio Conf. criminali Valde.

Joseph Laurentius de Saboya

Sapientia 1672

175

175

In factis causis certantibus in hinc Rob. C. inter
Matheum et Catharinam Ribera, et R. P.
Sed. Mag. nro. Bonas Sanchez de Caceres.

Xpl.

Quia Franciscus Ribera Scholasticus nomine
proprio et procuratoris Mathei, et Catharina
Ribera fratrum suorum, et omnes heredes et
sepsi Ribera Chirurghi civitatis Segobricensis
supra diei 5 Februarii anni retro lapsi 1670
expoluit quod supra oblata per albarum et
Vexij filii procuratoribus die 29 Augusti 1640
fuit duplicatum expedire comitum Vni
~~et regis Almagrisij~~ quod declararet predic
tum Josephum Ribera incurrisse penam mille
librarum eo quod non pariter precepto ei
immo de se presentando infra quatuor dies
ante magnificentum tunc temporis auditorem cau
sa et qd pro tutione expediret comitum Vni
ex regis Almagrisij, ad mobilia bona
mobilia, et sequestrandum fructus, et redditus
bonorum immobilium ad eius duplicationem
causam fuit provisum qd expediret comitum
supra quae postea executioni mandata fuit

et in bonis sequestratis proprietarie se
 habent Catharina Anarra, et Elizabetha
 Jax, que causa adhuc pendet indevota, quibus
 sic stantibus fuerunt curia generalis celebrata
 Regiorum huius nostri Regni in anno
 1645 in quibus fuit concessum Indultum gene
 rale de omnibus criminibus et penis pro eis
 burse debitis patribus Regi ad rem publica
 tionis solis in quorum consequentiam dupli
 cabat declarari utendo remedio sibi utiliori
 dictum Josephum Ribera viribus profabi
 Indulti generalis aggravatum manente
 in persona et bonis, et hanc libera a rebus
 annotatione, et sequestro; contrarium con
 cedente Josepho Molina aut. Regii filii
 procuratore eo quod tempore publicationis
 celebrationis curiarum iam cautum
 erat Regio fisco ad penam exigendam cum
 annotatione, et sequestro bonorum delin
 quentis, et postea in anno 1649 Regius fi
 cus ractus fuit possessionem dictorum bono
 rum utque tunc licentibus et consentientibus
 interesse in eis habentibus, et attento quod
 secundum magis receptam sententiam

176^o

ut Indultum generale non operetur
suo effectu, sententia executio perfecta
debet illud antecedere, et si postea signat
est nullius momenti, et est locus repeti-
tioni, et petitio allegata licet de ea con-
staret non est sufficiens ut non declaret
prout infra. Deinceps fuit resolutum in
S. C. C. quod declaret instanciam factam
per dictum Franciscum Ribera prout
nomine in delata sup. diei 5 Februarij
1670 justificam manere, et se infra pro-
cedere, et consequenter dictum Josephum
Ribera virum quiescentem Indulti liberatum
fuisse a pena mille librarum quam in
curritur propter precepti causam, bona
que illius libera a quocunque sequestro
pro eadem causa obsecro, neutram
partium in expensas condemnando.

Requirit Apud Deceptione Respondeo Ab.
P. Corne Gombardus, interpres sancti de
solar, et Madrono ab Reg. conf. crim. Val.
ab. Sitar, et impedit in hac causa ab ill.

Joseph Laurentii de Fabry

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page]

In factis auferationi crimin. per Joseph Molina
 Not. contra Carolum Lepere, Jo:
 seph Marco, Franciscum Crestalbo, et Joana
 em Pibacet, propter lubricium per eos
 et alios comitum die 15 Januarij anni
 1668 Andesim Mille et sex
 centarum librarum monete argenteae
 huius Civitatis, et dupla Castellae in
 itinere Regio et publico per quod it a
 Villa de Algemesi, ad Villam Abgejira
 per quod Joseph Giner iter faceret behendo
 Asinum, et tres mulos oneratos dicta
 pecunia, et ad hoc facinus parandum finie
 runt se esse custodes Curium Regiorum
 et eo nomine cum flopetis Crim inferbant
 diebo Giner ut extraheret a dicto itinere

721
publico a finem et Anulos, et eo venient
ipſi ſubtraxerunt cum effectu, et præſertim
Gineæ fugam arripiendo veritas dictam
Villam Algeriæ, exploſit unus ex Socijſ
ſelectum in dictum Gineæ, et quia muli
eos ſequi veniebant, et Algeriæ parum
diſtabat a dicto loco, ſunderunt funes
quibz ſarcina ligata detinebant ſuper
uno ex mulij, et occultarunt medietatem
ponderij pecunie ſub verbo, et aliam me
diatatem in linea prope viam publicam
ubi ſarcina reperta fuerunt et pecunia
in eis contenta ſummam attingebat qua
tuos mille librarum; et ſecum tulerunt
tercentas libras quas ſuper argentum ſere
bat præſertim Gineæ et reperta non fuerunt
quæ accuſatio fuit protulata et conclusa
per proceſſum condempnatoriam contra dictos
Carolum Lepere, Joſeph Maro, et Francis
cam Creſtalbo qui utq; adhuc ſui copiam
non fecerunt et ſic juſtificata remaneat ad
declarandum ut infra: Videtur fuit veſto

128

litterarum in S. R. C. C. quod praedicti Carolus
et per, Joseph Marco, et Franciscus Cora:
tullo declarant committi et confesi de vela
si criminibus ac si ore proprio ea facti
fuerint, et condemnentur in penam mortis
naturalis ita ut quotiescumque ad manus
regias pervenerint deuant per loca ubi
in Urbis laqueis in eorum collis iniectis
utque ad locum duplici ubi in alta sup
pendantur forca et suffocentur quousque eorum
animae a corpore separantur et moriantur.
et ad solvendum unde in mille libras quia
simpliciter restrictum fuit, et in duplum
profectus sexcentum libras, et quingentas
pro unoquoque propter delationem delicti
nam ad unum ubi, et quod ante executionem
sententiae uniusquisque torquetur tanquam
ceteris ut dicit de complicitate, et post exe
cutionem eorum corpora scindantur in partes
exporendas in loco delicti, et in expensas
causa

De quarto sententia M. Alphonso, presidente

Rob. Wilsona Gombault fan. Inse. fecit
Lambert del. fabellar. Madmo. et. q. n. da Regio
con. h. o. or. in. V. a. h. a. f. e. n. e. G. i. l. a. n. t.

Joseph Laurentij de fabrya

Aprilis 1672.

&

129

In facta causa vertenti in hac. Re inter
Subindium Civitatis, et Petrum Laconda,
et alios, fuit Magnifico Dono Sanchez
del Castellar.

Xps. Quoniam Joseph Mathen nott Subindium
prioris Civitatis super diei 9 Martij anni
labentis 1672. deduxit cognitionem causae
venustus emitti per Petrum Laconda et
alios super diei 21 Januarij eiusdem anni
pertinere ad prefatam Civitatem et quod in
ea tractat de exemptione pena impostae
in stabilimento facto per concilium ge
nerale diei Civitatis die 9 Julij anni
1660, et in omnibus causis stabilimentorum
consequuta fuit Civitas jurisdictionem pri
vative quoad alios iudices Civitatis Regij
decreti contenti in epistolo Rescripto
diei 21 Maij 1562 quibus addit quod tem
porum et presentis fraudis apprehensio
fuit facta de comissione unius ex mag
istris Curatibus ob quod etiam delaratio
nem

ad illos spectare contencie, et obediendo
 remedio utiliori duplicat ita declarari
 restituendo si partes et causam ^{totam}
 contrarium contendente Joseph Molina
 not. R. P. C. et attento quod in dicta Regia
 epistola nihil de executione penarum
 stabilimentis induciarum disponit sed
 tantum de executione stabilimentorum
 de qua nulla hic veritas sed tantum de
 executione penarum impotitarum per
 prefatum stabilimentum; et hinc de
 ratio et cognitio fraudis spectaret ad
 dictam civitatem, non est impernitus
^{venerit}
 ad hoc Sacrum Regium Tribunal, et pro
 cedimentis, et declarationibus factis per
 dictam civitatem, et sic venio de infra
 declarandum: Viduo et alij sunt resolu-
 tum in S. R. C. C. qd declaret instantiam
 factam per predictum Subindicum in
 velata sup. diei 9 Martij non canere
 justificatam, repellendam qd fore, reventam
 parvum in expensas condemnando.
 De quarto Aprilis M. D. LXX. Presidense

130
R. C. forma Gombau Refan. Intra
runt Sanchez del Castellar, Machone, et
omni in Regio confilio criminali Vall, ab
senes ditant.

De Replamentis de Saboya

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

Aprilis 1672

In factu causationi criminali perreperit Actus
 versus tantum ex parte Galis, fuit Mag^r
 Donato Sanchez del faklar.

N^o. Quia Joseph Molina not^r R. T. P. die
 diei 9 Julij anni proxime lapsi 1672 cum
 factorem criminalem instituit verbi causa
 lum ex parte, Joseph Marco, et Franciscum
 Crestalbo agriculores loci de Algires, eo qd
 die veneris computato 6 Martij predicti anni
 tribus filopetorum ictibus necaverunt Antoniam
 ex parte agricolam eiusdem loci, et Jacobum
 foler heremitam heremitae dno Anna loci
 de Albal intra domum prefati Antonij ex parte
 quae accusatio fuit prosequuta per procectum
 contronacialem vsq ad conclusionem, et cum
 facti vsq adhuc non comparuerunt et hinc
 nec justificata ad declarandum ut infra:
 Idcirco fuit resolutum in S. R. C. C. quod pra
 diebi Carolus ex parte, Joseph Marco, et Fran
 ciscus Crestalbo declarent convicti, et con.

feti de prohibito crimine ac si ore
 proprio illud fari fuissent, et condemnari
 in penam mortis naturalis, ita ut quo
 triscumque ad forcia Regiae perveniant,
 laqueis in eorum collis iunctis duarum
 per loca solita Urbis Urbis ad locum dupli-
 tij ubi in alta suspendantur furca, et deso-
 centur quosque eorum animae a corporibus se-
 parentur, et etiam ad solvendum quatuor-
 centum Novabatinos ratione dupli-
 cis iuxta forum dividendi ita ut uno
 solvente ceteri liberentur, et ad solvendum
 quingentas libras pro uno quosque propter
 delationem felopetorum ad malos Urbis
 iuxta Regiam Pragmaticam dividendi
 et expensas caute.

Die quarto Aprilis MDCCLXXIII. Preside. Ab.
 D. Coma Somban de Jan. Interfuerunt Sanchez
 del Caballar, Madrono, et Martin de Regio Conf.
 Criminali. Vale. Abrente Silaris.

Joseph Laurentius de Jan.

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

1. Aprilis 1672.

In fidei causationi criminali per se et
Abbe, versus Joseph Vinali, stud,
Patrio C. Lauro Madrono.

Cura supplicatione posita per Bartholome-
um Masio, coporana nos. R. P. die xx
de prima Mensis Julij, Millesexcenti sexente-
simi septuagesimi primi: fuit denunciatus
et formaliter accusatus; Josephus Vinali, agri-
cultor vili, de villanae habitator; et eo;
quod nocte diei, diei noni Mensis Martij,
Josepham Rocafort, et de Navano Matorem
titam suam, utrus domum existentem,
diebus istibus quationis vulneravit; et
postmodum se proficiens ad Turquiam,
sive Barraca; situm et positum intermedio
lovi de Benimaclet; in qua Antonius
Sol, et Vincentia Bonora fornicari, simul
cum suis filijs; vitam agebant, conatus
fuit illud comburere, sicuti omnium
effutu ad Executionem deduxit, et

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]

Soldat, leotimus procius contumaciatis fuerit
Inobediens, proscutus; et conclusus, et non fongu
ruit; Idcirco et alias meritis procius attentis,
atque sedulo consideratis; fuit resolutum, in
R. C. C. quod dictus Bagorda canobo, declar
retur, convictus, et confessus, de relictis crimin
ibus, ac si ore proprio illa fassus fuisset, et quod
condemnetur in poenam mortis naturalis, ita ut
quocumque ad manus deoias pervenerit, de
catur per loca solita orbis; usque ad suplicium
um, ubi in alta suspendat, furca, et natu
raliter moriatur; et ad solvendum mille
libras; ob delationem de peccatorum ad malos
vssus, iuxta Regiam praemeticam dividen
das, et quatuor centum Morabatinos, ratio
nes dictorum iuxta forum dividendo; et
quod vadat interim Viso et periculo Conson
quimorum, ductorum Grabich. Albrach; et
Mincemij Albrach usque ad quartum gradum
et in expensas factas
Re. vob. Marj. N. vob. xx. President. etc.

D. Braubis Esteve y Gelsan^{ro} breguer
 Sanchez del Castellar, Madrina et ordo
 aff. Gilart in Regio conf. crim. Valde

Joseph Laurentius de Sabina

22

[Faint, illegible handwriting in a cursive script, likely a historical document or letter.]

pro ditione, utrobq; scilicet scelerum perpetravit bonu
 sidium in personam Michaelis suane
 et latius in dicta supplicatione fornicator
 Et quia merito pro suo sedulo inspectis, con
 ture consideratis, merito dicit Barthol
 muo Blasio remanere subdificator, quoad
 delationem scelerum reprobatam munit
 ratantur. propter quod veniat declarandi
 et infra, idem et alia sunt resolutum in
 R. C. C. quod dicitur Josephus Aquilar, con
 demnus ratione delationis scelerum repro
 bata mensura in penam exilij a regno per
 sex menses, et in casu contraveniens exilij
 in duplicatum tempus, et ad solvendum
 viginti quinque libras, intra unum men
 sem. et si non soluerit in exilium
 a regno per annum et in expensas fau
 re.

Die xxviii Januarii. Al. Lopez, Presid. R. C. C. C.
 Ma. Somoza, Interfuerunt Sanchez de Cabellan
 Madrono, et otros in Absente Gil de la Regia
 Conf. criminali Valde.
 Joseph Laurentius de Fabro.

+

pro ditione, uel alij Criminali

[Faint, illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

9 Januarij 1674.

Infra scriptis contentis in hoc s. d. d. C. in a. d. n. 139
liberis creditis, h. e. Mag. Philippo Kemmerol.

Et quia Ignatius Kemoli Caponeus pre-
senti Civitatis supp^e soluta in hac P. R. S. C.
die 28 mensis Aprilij anni sup^e scripti
1673 humiliter supp^e deduxit, se man-
cipans regis Carceribus, et in eis detentus
existere instantibus huiusmodi Creditibus, quos
cum mole oppressus, et lingua Carceris
detentione multum patitur incommoda, quos
effugere cupiens, et pristina optare
libertatem ad miseris Caponei hono-
rum subsidium cogit confugere, quod
propt^{er} omnia bona sua cedentia, et se-
mouentia mobilia, et immobilia in-
notum posse cedens, ut ex eis annos
suis Creditibus, sua valeant Creditum exi-
gere supplicat. Dm. bonos Caponei
ei admi. promptly et paratim iuvamen-
tum iuxta fore formam preestare, et con-
sequat^{ur} quod ad dictis Carceribus relaxet
et subiacet dictis Creditibus, quod de

Ceteris absterneant animum captivum contra
eum impetrandi pro sui crediti et latini
ind. supp. contract. = Iste Instancia
int. alios creditos, fuit enunciata Re.
gis Fisci pro et per eum allegatus non
procedere ea nimirum ratione, quia de
betur Fisci Dm. Beneficium cessum, non
cum non computat, ut valiant a carce-
